ut si quid temere mihi contigisset, me contempsisse scriberet
et Illustriss. Dominationis tuae commendationem et ipsorum
fidelissimam operam. Deinde non capitosi sed naturalis af-
fectus est multos Germanos antea cognitos atque vita
et auctoritate celebres a me Germano p̄ferri uni Italo
Ipsa enim natio et multitudo me spero iustissime excu-
sabunt, ne orator ille do: Magnificus se a me contemp-
tum possit causari. Non ergo tua Illustriss. Princeps
diffidentia arguenda fuit, imo plus in Rndiss. D. Lega-
tum confisum est, quam speraverant amici, ita ut
meam temeritatem mirarentur, sicut ut ipsi honorabant au-
daciam quod sine conductu essem ingressus Augustam.
Mandaverat enim mihi T. D. per Spalatinum meum
non esse mihi necessarium salvum conductum, adeo Illus-
trissima tua celsitudo omnia de Rndiss. D. legato p̄sume-
bat. Sequar cetera exemplaris Rndiss. D. Legati, Vere
scribit me tandem comparuisse et dilationem accessus
ac salvi conductus impetrationem excusasse, Dicebam
enim me a magni ordinis utriusque status viris fuisse
monitum, ne muros Wittenbergae, esse enim mihi in-
sidias aut ferri aut veneni paratas, deinde addidi et
causam predictam, scilicet amicorum studium nomine